

**In Hippocratis librum peri kardiis exercitationis primae partem primam, ... /
praeside Georgio Segero, ... In Athenaei Gedanensis ... ad diem 21. Aprilis
M DC LXXIIX ... ; subjicit Zacharias Zöllerus.**

Contributors

Seger, Georg, 1629-1678.
Zöller, Zacharias.

Publication/Creation

[Gedani] : Imprimebat David-Fridericus Rhetius, [1678]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/c8erdys5>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

42

IN
HIPPPOCRATIS 90
LIBRUM

ΠΕΡΙ ΚΑΡΔΙΗΣ
EXERCITATIONIS PRIMÆ
PARTEM PRIMAM,

AUSPICE D E O,
PRÆSIDE

GEORGIO SEGERO,
Phil. & Med. Doct. Medico Regio,
Physico Gedanens. Ordin. & Medicinæ
ac Physices Prof. Publ.

Publicæ Placidæq; Censuræ,
IN ATHENÆI GEDANENSIS
Auditorio Maximo,

Ad diem 21. Aprilis clo loc LXXIX.
horis antemeridianis
subjicit

ZACHARIAS ZÖLLERUS,
THORUNIENSIS.

Imprimebat DAVID - FRIDERICUS RHETIUS.

INCLVTO
REGIÆ ATQVE FLORENTISSIMÆ
THORUNIENSIMUM REIPUBLICÆ
M A G I S T R A T U I,
VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
BURGGRABIO REGIO,
PRÆSIDI,
PROCONSULIBUS
Et
CONSULIBUS,
PATRIBUS PATRIÆ
GRAVISSIMIS, MERITISSIMIS,
MUSARUM FAUTORIBUS GRATIOSISSIMIS,
DOMINIS ET PATRONIS
ÆVITERNUM COLENDIS,
VENERANDIS,

FELICITATEM OMNIGENAM

P.

MAGNIFICI PROCERES, VENERANDI NO-
MINA COETUS
SANCTA, THORUNENSIS SIDERA CLARA
POLI,

Quemcunq; æthereas voluit natalis ad auras,
Exceptum vestris mœnibus, ire dies;
Ingratæ mentis crimen patrâsse videtur,
Si patrium nullo tollat honore solum :
Si nullis laudum titulis, nullisque Camœnis,
Vestra tot incives inclyta facta canat ;
Si penitus nulos ausit perferre labores,
Qui Patriæ possint expediisse suæ.
Namque adamantæis natos sibi nexibus omnes
Devincire suos patria rura solent.
His omnes meritò fas est impendere curas,
Horumque optatis invigilare bonis.
Jussus divinos alium, sacrataque Verba
Numinis æterni voce referre decet;
Defendunt alii, decus inviolabile mundi,
Justitiam, Legum quæ Fora sancta facit:

Præstan-

Præstantes alii Phœbæis Artibus omne
Morborum cupiunt tollere triste genus;
Mercurio impendunt alii sua munera vitæ,
Atque alios aliud grandius urget opus.
Sed Vobis, PATRES PATRIÆ, Deus Urbis habenas,
Cunctaque præ reliquis nobiliora dedit.
Vestros ante oculos studium ponamus oportet,
Olim quod Patriæ consuluisse queat.
Me quia Pieriæ Gedanensem Helicona colentem,
Musæ Pœoniis implicuere Choris:
Hæc Artis Vobis Medicæ primordia sisto,
Suscipite hæc placida munera parva manu.

Vestrarum
Magnificent. ac Generositat.

Devotissimus
Z. ZOELLER.

COROL.

B. C. D.

Anus vertitur post decimum septimus, ex quo Basileæ Dissertationem de legitimo Libri & Kaptius ortu Medico exhibui orbi. Primarius tūm quidem instituti mei scopus is erat, ut presso saltem dīgito nobiles doctrinas, in illo Libello comprehensas, indicarem, atque monstrarem, esse eum veram ac genuinam Hippocratis sobolem, & idcirco tanti momenti, ut quis in doctrinā Hippocraticā exercitatus suscep̄t illius Expositione opimum publico exhibere posset laborem. Licet enim Acutissimus Martianus Annotationibus suis ingeniosissimis Libellum hunc egregiè illustraverit, quia tamen, illo ipso attestante, (a) Hippocratis doctrina fons est indeficiens, quem exhaustire est impossibile, & ex quo factum est, ut nemini per tot secula occasio de- in præfat. fecerit, proprium ingenium in ea exercendi, nec deficiet in poste- ad Lect. rum; meritā semper laude dignos censui illos, qui si non in toto fonte illo repurgando, in quibusdam tamen rivulis, ex eo promanantibus, extergendis, qualemcunque locant operam. Unde, cum Optimi illius Librorum Hippocraticorum Explanatoris Theodori Zvingeri Commentarius in eundem Libellum, quem Martianus (b) citat, aut, quod dolendum, pe- rierit planè, aut, quod optandum, in schedis Zvingerianis ad- in præfat. huc latitet: id unicè semper in votis habui, ut hocce præser- annotat. int̄im Seculo, perspicacium ingeniorum feracissimo, defectum lib. de cor- Commentarii Zvingeriani quis compensaret. Inprimis quia de.p.52.E. & iste se etiam post Martianum optimo jure interpretationem dicti Libelli suscepisse, eadem exceptione tueri posset, quā Martianus post Zvingerum usus est (c) in hunc modum: Hunc pa- (c) L. cit. riter Librum dilucidavit Zvingerus, verum, quia multa obscura conti- net, non est mirum, si nonnulla ipse præterierit, circa quæ labores nostros impendere cogimur. Cæterum, lubens equidem fateor, fuisse ma- gni nominis quosdam Viros, qui post editionem supra memora- tæ Dissertationis meæ, id à me requisiverunt, ut ego ipse hunc in me susciperem laborem. Accesit Job. Autonides van der Lin-

Anno
1661.

den, Vir in Oraculorum Hippocraticorum explanatione optimè versatus, qui eandem Dissertationem, cœu Commentarium in dictum Libellum, Lectori suo (*d*) commendavit. At sicuti tūm deScr. Med onus hoc humeris meis impar esse fassus sum ultrò(*e*), ita & idem lib. 2. pag. hucusque omni vitavi studio, quippe qui meo me metiri mo-
650. 4. dulo jam olim didici. Ut tamen languidum aliorum palatum (*e*) in Epist. denuò stimulem, placuit sequentes consignare Exercitatio-
Dedicat. ci- nes, in quibus nativam dicti Libelli obscuritatem ex parte dis-
tutæ mee cutere, pro virili tentavi. Si curiosis in hoc stadio magis ver-
Dissert. satis satisfeci, est quod mihi gratuler, sin minus, sufficit me id
tentasse quod præter solum Martianum (de Zwingero enim res est
dubia) nemo, & idcirco vel in hac quoque temeritate virtutem
(*f*) speetandam esse; ut cum Martiano (*f*) loquar, quem amo.
in prefat. Omnia autem propitio facturus sum Numinis.
ad Lect.

EXERCITATIO PRIMA DE C O R D E.

CAPUT I.

de FIGURA CORDIS.

I.



Resp.
ZACHARIA
ZÖLLERO,
Thorun.

Xercitationi isti, interreas, quas in
Hippocratis Libellum τεχνης
consignare constituimus, meritò pri-
mum tribuimus locum. Potissimam
namque Divini Senis intentionem in
conscríbendo illo Libello hanc fuisse, ut nobilissimi
visceris

visceris descriptionem succinctam medicæ suæ tra-
deret familiæ, nulli dubitamus.

II. Hinc quæcunq; ad Cordis exactam delineationem, ratione Figuræ, Coloris, Membranarum, Substantiæ, Situs, Partium diversarum, & imprimis Auricularum, Ventriculorum ac Vasorum, Alimenti item, Motus & Uſus pertinent, adeò concinnâ proposuit brevitate, ut minimè vanum sit *Martiani* de libello nostro judicium, quod istius est commatis (a): *Præsens de Corde inscriptus liber, hujus visceris stru-* (a) in pref.
eturam & actiones adeò exactè describit, ut quidquam ad- Annos. in
dere super hanc materiam, posteritati relictum minimè hunc Lib. p.
fuerit. § 2. C.

III. Auspicaturus autem descriptionem Cordis Hippocrates, primò omnium quæ Figura illius sit externa indicat. Nec sine causa. Prius enim Cor clausum ac sanum demonstrant Anatomici, quam id rese- rrant; ut scil. naturalis figura Spectantium oculis de- bitè exhibeat, quæ læso læditur Corde.

IV. Accedit quod illo ævo, Aruspicio in Græ- ciâ maximè florente, Cordis, qua figuram suam, in victimis contemplatio, primarium sæpe fuerit sacri- ficularum officium, idq; non semper explorato prius jecinore, sed etiam sæpe Cordis inspectione isti præ- missâ. Quod enim aruspices extispicia sua eodem semper modo ac ordine non instituerint, ex Galeno patet, qui (b) *Cor victimæ viventi in sacrificiis exemptum,* (b) Meth.
sæpe ad tempus aliquod pul'asse, imò ipsas victimas inter- med. Lib.
dum crepto corde, aruspici jam imposito, cum respirare & in- 2. cap. 6.
tentie clamare, tum verò etiam tantisper fugere, vias esse, Cl. 7. f.
13. A.

(c) (c) testatur. Quod fieri non potuisset, si neglecto de Hipp. & corde jecinoris contemplationem semper præmisif. Plat. decr. sent. Et hoc etiam indicare videtur *Cœus* noster, in lib. 2. cap. Libro quem scripsit *devictus ratione in morbis acutis* (d), 4. Cl. 1 f. ubi & Augures & Aruspices in vaticinando contra-
236. H rias fovere sententias monet. Quam sane diversita-
(d) cap. 5. vers. 1 vid. tem eos etiam in inspectione extorum observasse,
que Gal. cur negemus?

habet in hunc locum Comment. 1. art. 16. Cl. 7. f. 110.

(e) cap. 1. V. Est verò juxta Optimum *Senem* (e) Cor figura
vers. 1. ὁκοίν τῷ πυραμίδῃ. Velut *pyramis* explicat Janus Corna-
rius. Anutius Foesius pro vocabulo *pyramis* metæ sub-
stituit nomen. Fabius Calvus, qui istos præcessit, sic
(f) Element. vertit: *Cor figura metæ conove sive pyramidæ simile est.*
lib. 11. Nos dum *Cornarii* interpretationem eligimus, non
def. 12. & tamen reliquos errasse dicimus. Est nimirum **Cor**
18. figura velut *pyramis*, aut *conus*, aut etiam *meta*
(g) quædam. Neq; enim hic vox *pyramis* in eâ significa-
ad vocab. tionem sumitur, quâ à cono distinguunt accuratiores
πυραμίς. Geometræ, & inter hos ipse istorum Antesignanus
(h) Syn- tag. Anat. Euclides (f): Sed denotat saltem eam figuram, qua
cap. 10. p. corpus aliquod à lato in acutum tendens, flammam ignis
122. suâ figurâ refert, ut quidem *Æmilius Portus apud Suidam*
(i) (g) appositiè monet.

de Ludis VI. Neque etiam hic litem movemus *Calvo* &
Circens. l. 1. *Fœsio*, horumq; vestigiis insistenti Jo. *Veslingio* (h), qui-
cap. 14. p bus metæ similitudo arrisit. Tribuebatur olim vox
32.33. (k) Exerc. *Meta*, referente *Onuphrio Panvinio* (i), illis terminis,
Plin. Part. qui singulis Spinæ, in Circi medio existentis, (quam
z. p. 9. 12. etiam Euripum vocatam esse defendit (k) Illustr. *Sal-*
fol. 2. *D. massus*; extremitatibus erant appositi. Quæ tamen
Metæ

Metæ non semper eandem referebant figuram. Ut plurimum quidem quælibet Meta unicam obtinebat basin, cui ternæ impositæ erant summitates seu cuspides. *Salmasius* id in omnibus metis observatum fuisse monet (*l*), causamq; addit. Quod etiam *Homeri* testi- (*l*) *L. cit. p.*
monio *Jo. Argolus* in suis ad *Panvinium* Notis confir- 910 col.
mat (*m*). Et hujusmodi metas tricuspides exprimit 2. A. & p.
Panvinius in plurimis figuris; qui globos singulis sum- 913. col.
mitatibus impositos Ova vocat, non tamen consen- 1. A. B.
tiente *Salmasio* (*n*). Interdum ad quamlibet Spinæ ex- (*m*) p. 27.
tremitatem tres metæ coniformes totidem funda- b. (*n*) *L. cit.*
mentis distinctæ, totidemq; ovis seu Sphæris decora- p. 911. col.
tæ, ponebantur; quales in Hippodromo *Aureliani* (*o*) *Antiqui*.
Imp. & Circo *Neronis* ostendit *Jacobus Laurus* (*o*). Non Urbis Ro-
nunquam cuilibet Spinæ extremitati apposita erat mæ. lib. 2.
Meta, habens ternas summitates, uni basi imposi- fol. 83. 84.
tas, ovisq; destitutas; quales in Tabula Ludorum (*p*) est ea
Circensis, Fulginii celebrari solitoium (*p*), propo- tabula in-
nit *Panvinius*. Quandoq; etiam meta figuram referebat sertia pag.
unius saltem columnæ coniformis, quæ tamen itidem 41. & lit.
ovum seu Sphæram aut pilam, ut *Salmasius* inavult, ha- L. signata.
bebat impositam. Et hæc aut nullam fundebat aquam, f. 82.
quales *Laurus* (*q*) in Floræ Circo depingit: aut etiam (*r*) in Com-
affatim eam fundebat, meta sudans ideo dicta; qua- plemento
les juxta Naumachiam *Neronis* & *Titi Amphitheatre* Antiquit. f.
trum dictus exhibit (*r*) *Laurus*. Sic igitur diversas 87. & 90.
figuras obtinuisse Metas nulli dubitamus. Quia ta- (*s*) Corn.
men illius Metæ tricuspidis, quæ ovis caret, extremi- cop. col.
tates, cordis effigiem satis egregiè exprimunt; Perot- 1020. lin.
tus (*s*) insuper Metam terminum proprie significare in- (t) *L. cit.*
net, quo agrorum mensores nubebantur; & (*t*) Pyramidem à col. 4. lin.
Latinum 17.

Latinis Metam vocari hanc ob causam putat, quin termini agrorum, qui à metiendo, hoc est, mensurando Metæ vocantur, formâ pyramidum edificari solent: (quamvis

(u) *similis figuræ termini apud Hyginum (u) non sint expressi;) eo respectu & Cor Metæ assimilari posse lumenibus bentes largimur.*

constituendis. Qui reperitur in Wilb. Göesii Opere de Re agraria pag. 212. seq. Vid. etiam, quæ in eodem Opere pag. 247. seq. de variis terminis è diversis Autoribus proponuntur.

VII. Sic igitur juxta Hippocratem Cor pyramidis,

(x) *aut ut Democritus (x) & Galenus (y) loqui amant, coni in Lib. de refert formam. Quæ Anatomicorum superioris se natura culi Latinorum Antesignianus Andreas Vesalius ita exhibum. qui reperit pressit (z): Cor pyramidalis turbinatæve quodammodo si inter Epist. guræ visitur, quum scil. ex latiore basi in mucronem sensim Hipp. pag. desinit, multoq; longius quam crassum spectantibus sese offert.*

1289. ed. *Loquitur autem de Corde humano, vel mortuo, vel,*

Foes. si vivit, dilatato, diastolemque patiente. Cone namque

(y) *Lib. 6. à basi in peristole recedente longiusculum reddi Cor, penide usu partus nobis persuasit Fidelissimus noster Præceptor Tho cap. 7. Cl. mas Bartholinus (a), Anatomicus supra omnem Secan- I. f. 149. tium invidiam olim jam positus, nunc verò optimo H. 150. A. suo merito in supremo Tribunali Regio Assessor dignissimus.*

fabr. Lib. IIX. Sicuti autem Cor in diastole & dilatatione

6. cap. 9. *pyramidalē seu conicā refert figurā; ita contra*

pag. 729. *in systole & constrictione sphaericum pene est, ut Jo.*

(a) *Anat.* Ant.

Barth. Lib. 2. cap. 6. p. 378.

(x) *καρδίης δὲ καρδίν.*

(y) *Ιερώνυμοι τάχινοι κόνων. Et mox: καρδίης.*

Ant. van der Linden recte monet (*b*), consentiente (*b*) *Med.*
 etiam (*c*) laudato iam *Bartholino*. Faciuntq; huc se-*physiol.* L.
 quentia *Cor* verba (*d*): *Cor hominis rotundius constitutum*, quam in omnibus *Animantibus*. Aut, ut *Galvus* ^{z. cap. 6. §.} ^{70. pag.}
transtulit: *Cor in homine rotundius est, quam in ceteris animalibus*. *Cornarius* sic vertit: *Cor rotundius ac oblongius* ^{(c) Anat.} ^{Barth. L.}
quam in omnibus animalibus. Quam interpretatio- ^{cit. p. 377.}
 nem *Mercurialis* (*e*) approbavit, quia non emendavit. (*d*) de
 Ubi quidem *Io oblongius* de suo addidisse *Cornarium Corp* reseet
 putat *Foesius* (*f*), & post istum *Riolanus* (*g*), quando- ^{cap. 1. v. 3.}
 quidem in græco codice vocula *περικηνεσέρη* non ^{pag. 916.}
 reperitur. Sed pace tantorum *Virorum* dixe- ^{(e) in sua} ^{Edit. Ope-}
 rim, *Cornarium* nil addidisse, nisi quod vox *σεργυ-* ^{rum Hipp.}
γωλωιέρη requirit. Quia enim vox *σεργυγύλως* ^{Class. 4.}
 non tantum significat id quod rotundum est aut con- ^{p. 47. A.}
 globatum, sed & quod instar cylindri teretem re- ^{(f) in no-}
 fert figuram: (unde & *Galenus* (*h*) *Specillum chirur-* ^{tis ad hunc} ^{locum pag.}
gicum, quod non tantum rotundum sed & oblon- ^{916. F.}
 gum est, *σεργυγύλων μήλην* ab *Hippocrate* vocari ^{(g) Anthr.}
 monet) optimè *σεργυγύλοιέρης* vocem per oblon- ^{Lib. 3. c.}
 gam rotunditatem expressit *Cornarius*. Et licet cy- ^{12. p. 234.}
lindracea figura cordi humano propter mucronem ^{(h) in Ex-}
suum minimè tribui possit, quia tamen Euclide (*i*) con- ^{planatione}
sentiente, cylindri ratione axium & basium conis si- ^{Linguariū}
*miles esse possunt, vel sic quidem *Cornarii* versionem ^{Hipp. Ex-}
veram esse palam fit. Nam & coni basis circulus est, ^{traord. f.} ^{78. b.}
ut Aristotleles (*k*) monet. ^{(i) Elem.} ^{Lib. 11.}*

IX. Ne-def. 24.

(*k*) *Probl. Sect. 3. prob. 9.*

(*d*) ή καρδίη σεργυγύλοιέρη καθετεώσα τάνιων
 ζώων.

IX. Neque verò etiam Hippocrati adeò contrarius est Autor Libri de Anatomia vivorum, Galeno adscribitur, qui postquam docuit, quomodo Cor ex mucrone multiplicatis continuò crescentibus circulis fibras multiplicas continet. intortas vocat apud Bartholinum (l) accuratissimus ille Barth.Lib. 2. cap. 6. pag. 361. Anatomicus Nicolaus Stenonius (m) in basin usque assurgit, sequentia subjungit (m): Et hic gradata est ipsius f. 47. C. figura ad similitudinem pineæ. Et paulo post (n): Cordis (n) fol. figuram pineatam esse, monet. Cor enim, ut verbis Vesalius 53. F. lii (o) hæc exprimamus, nuci pineæ ut cunq; respondet, (o) de quum scil. ex latiori basi in mucronem (at paulo quam numeris Corp. hum. fabr. L. cit. sim desinat.

X. Cæterum quæcumque hæc tenus ex Hippocrate & pro illo de Cordis figura prolata sunt, non de Corde cujuscunque animalis, sed saltem de humano (p) de Parte sunt sumenda. Cor enim simile non habent ea, quæ Cor Anim. Lib. de prædita sunt, inquit Aristoteles (p). Unde vel ideò 3. cap. 12. optimo jure illos reprehendit Galenus (q), qui neglegit (q) de Anat. Età cordis humani sectione, cor bubulum saltem inadmiss. Lib. considerunt, quod tamen ab humanis plurimum discrepat. 2. cap. 3. Cl. 1. f. 69. Neque vero etiam accipienda sunt de Corde hominis, in quacunque ætate constituti, sed potius de Corde hominis, florentem aut consistentem ætatem (r) de nat. facult. Lib. ingressi. Cor enim hominis, ut Galenus, (r) monet, 2. cap. 3. ab initio ita parvum est, ut nihil à milii semine, aut, si manus, Cl. 1. f. 297. G.

(q) ὃς εἰν αὐτομοιότατον ιᾶς αὐθεώπιστον.

(r) τὴν καρδία γέω συμικρὰ εἰς ικαλ' ἀρχὰς, ὃς πεύχεται μηδὲν διαφέρειν, οὐδὲ βγάλει καμάρη.

vis, fabâ distet. Jo. Gallego de la Serna (*f*) Coriandri (*f*) de substituit semen. Ea autem à veritate non ita esse alie- princ. gene- na, facile patebit ex iis, quæ de Ovis humanis post rat. Tract. Harveum (*i*) annotarunt Viri Curiosissimi, Nicol. Ste- ^{I. Lib. 3.} nonius (*u*), Joannes van Horne (*x*), Theodorus Kerckringius ^{cap. 19. p.} (*y*), & qui istum additis insuper eruditis quibusdam ^{144. b.} (*t*) Exerc. animadversionibus secutus est Jo. Baptista Denisius (*z*), ^{1. p. 2.} & Jo. Swammerdamus (*a*), Regnerus de Graef (*b*), Christianus Ex. 62. p. Frid. Germannus (*c*), & qui hos omnes antecessit Mich. 286. seq. Rupertus Beslerus (*d*), quamvis non sine notabili Swam. & Ex. 63. merdami (*e*) censurâ. ^{p. 291. seq.}

(*u*) in Epist. de Anat. Rajæ p. 67. in hist. dissecti piscis ex canum genere p. 145. (*x*) in Pradr. de partibus generat. in utroq; sexu. (*y*) in Ichnogr. Anthrop. (*z*) en pre- miere, quatrième & cinquième mémoire concernans les Arts & les Sciences. (*a*) de uteri mul. fabr. cap. 1. pag. 15. sequ. (*b*) de Mul. org. generat. cap. 12. p. 179. seq. (*c*) Dissert. de Ovo hum. §. 10 seq. (*d*) in adm. fabr. hum. mul. &c. Tab. 1. & 3. (*e*) L. cit. pag. 20.

XI. Et ob eam, quæ Cordi à natura concessa est, figuram pyramidalem pars ejus superior, quæ latior

est & rotundior, Hippocrati (*f*) οφαλή; & inferior, (*f*) Lib. γέραχος (*g*) vocatur. Latini illam Basin, Caput aut Radicem; istam Mucronem, Cuspidem, Verticem, Conum aut Apicem Cordis nominant. Ubi quidem quod ad illam denominationem, quam *Cornu* basi dat, attinet, de ea non erimus adeò solliciti. Vocem nam-

que οφαλή, sicut & Latinam Caput, non saltem de illâ parte corporis, quæ collo superimposita est, sed & de aliarum partium extremitatibus crassioribus ac rotundioribus dici, notissimum est. Unde &

*de Corde c.
§. vers. 6.
(g) L. cit.
cap. 4.
vers. 3.*

(b) de Anat. Galenus (h) testatur, quod jam olim *Cordis basin caput*
 adm. Lib. visceris nonnulli vocaverint. Qui tamen ipse Βάσεως
 7. cap. 3. Cl. 1. f. potius appellationem retinere maluit. Aristoteles (i)
 94. E. Et eam ἡλίον θησαυρόν vocat, quod *Gaza* red-
 deus part. dit, partem cordis ampliorem & gibbam; Scaliger (k) sub-
 Lib. 6. c. stituit curvam. Apodus tamen vertit *Cass. Hoffmannus*
 7. Cl. 1. f. (l) per partem convexam, devexam, gibbosam. Quid ve-
 149. H. (i) de Hist. rō vocabulum γέραχος propriè denotet, aut quo-
 anim. Lib. modo emendandum sit, non ita conveniunt Aucto-
 1. cap. 17. res. Accentum in prima syllaba agnoscit Editio Basi-
 (k) in Com. liensis Graeca. Eum ibidem quoque posuit Mercurialis,
 ad hunc loc. retinuitque Foësius in ipso textu. Mucronem inter-
 t. 190. pretatus est Calvus, & post eum Foësius, Caudam Cor-
 pag. 133. (l) Inst. narius. Et sane sic explicandum esse illud vocabulum,
 Med. Lib. è præcedentibus Cor verbis optimè colligere licet.
 2. cap. 52. Sed γέραχος, cum accentu in primâ Syllaba, non
 S. 2. pag. reperitur in Lexicis, etiam vetustioribus. Mendam
 118. (m) in no- igitur Librariorum subesse, unanimiter statuunt In-
 tis ad cita- terpretes. Ea verò quomodo probè emendanda?
 tum Cor lo. Sunt, qui accentum ad ultimam rejiciunt Syllabam,
 cum. pag. & pro ἡλίον γέραχον legunt γέραχὸν. Et hanc le-
 323. num. ctionem etiam admisit Foësius (m); quem secutus est
 16. & in Oeon. Lindenius in sua Editione Operum Hipp. Eandem quoque
 Hipp. pag. in suis Codd. reperiri testatur Cass. Hoffmannus. Quam
 467. a. (n) Inst. tamen rectè (n) rejicit, quia vox γέραχος, αὐτῷ
 (n) Med. L cit. ηλίον βάσιν θησαυρόν εὐτοις κεφαλήν ὄνο-
 μάζεσι. Ηγεστωλάγχυν.

(h) θησαυρόν εὐτοις κεφαλήν ὄνο-
 μάζεσι. Ηγεστωλάγχυν.

Τὸ γέγραψεν σικ δίcta, significat urinæ deductorem, seu illum ductum, quem etiam Latini Ura-chum vocant. Huic verò nullum omnino commercium est cum Corde. In abdōmine namq; ab umbili-co ad vesicam protenditur, vesicæq; urinariæ fundum peritonæo annectit. Quam difficultatem vi-dens Foesius Τὸ γέγραψιον non male forte reponi posse (o) (o) innotis suspicatur, ut cordes summus mucro intelligatur. Idque & Oeon. vel quia Hesychius Τὸ γέγραψιον per Τὸ ἔχατον, L. cit. (p) H. fl. quod extremitatem denotat, exponit: vel quia & Anat. Lib. Cornarius Τὸ γέγραψιον expressisse videtur, cum cor- 9. cap. 10. discaudam dixit. Et hanc quidem vocabuli γέγραχος (q) Theatr. Anat. Lib. per Τὸ γέγραψιον emendationem sequuntur quoque, 2. cap. 20. Andr. Laurentius (p), Casp. Baubinus (q), & Jo. Ant. p. 217. van der Linden (r). Quamvis Laurentius etiam γέγραχος - Phys. Lib. γέγραχον legendum esse conjiciat. Est autem, referente 2. cap. 6. Suidā (s), γέγραχος summa vel posterior hastæ pars, que art. 12. §. 65. p. 163. σαυρωτὴρ etiam vocatur. Neque tamen & isti satis- 2. faciunt Casp. Hoffmanno, utpote qui (t) pro Τὸν γέγρα- (s) Sub- χον non γέγραχον, nec γέγραψιον, multo minus διαφέ- sec. εριαχος γέγραχον, sed γέγραγόν, αὐτὸν γέγραψιν γέγραντεν (t) L. cit. sic dictum, legi debere censet. Cum sicuti ὁ γέγραχος

B 2

ille

(s) εἴτι δὲ γέγραχος Τὸ ἄκρην γέγραψιον, οὐ Τὸ
ὅτισθεν μέρης, οὐ καὶ σαυρωτὴρ κα-
λεῖται.

ille est, qui in militia extremum claudit agmen, ita quoque & mucro sit hujusmodi extrema pars cordis.

Nobis verò, sive ḡεγάγιον legatur, sive ḡεγάχον, aut etiam ḡεγαγόν, perinde erit modo eo vocabu-

(u) de lo mucro cordis indigitetur. Aristoteli (u) dicitur
Hist. Anim. Τὸ ὄξος & τὰ ὄξα pars acuta, aut etiam (x) Τὸ ἀκρον

Lib. 1. cap. 17. Τῆς καρδίας extremum seu summum cordis. Galenus (y)

(x) de Part. Anim. κορυφὴν verticem, & (z) Τὸ κατὰ πέρας ή τὸν

Lib. 3. cap. 4. πυθμένα oram inferiorem ac fundum vocat.

(y) de Anat. adm. Lib. 7. cap. 3. Cl. 1. f. 94. E. & cap. 7. f. 95. D. & cap. 11. f. 96. H. (z) de usu part. Lib. 6. cap. 7. Cl. 1. f. 150. A. B.

XII. Cur verò Cor humanum pyramidalem seu conicam obtinuerit figuram, quia Hippocrates non adidit, nos quoque non apponemus. Unde quæ de securitate particularum Cor constituentium, istarumque in dignitate gradibus diversis, & hinc emer-

(a) de usu gente figura, Galenus (a) obtendit: aut quæ Auctor Lib.

part. Lib. br. de anatomie vivorum (b) ex minori læsione simili-

6. cap. 7. busque diducit: aut quæ Galenum secutus Th. Rod. à

Cl. 1. f. 149 Veiga (c) quadruplici medio exprimit: aut quæ ex

H. & 150. radiis vitalibus Robertus Flud, alias de Fluētibus dictus,

A. (d) colligit; aliis examinanda relinquimus. Quibus

(b) Spur. (b) etiam controversiam, exinde inter Meletium & Lau-

fol. 47. rentium (e), cuius quoque sententiae sunt Jacobus Car-

C. & 53. F. pus (f) & Attius Bulgetius (g), atque Riolanum (h) Me-

(c) Art. letii promachum ortam, decidendam committimus.

Med. cap. CA-

28. pag. 49. b. (d) Hist. Microcosm. Tract. 1. Sect. 1 Lib. 8. cap. 8. pag. 176.

(e) L. cit. (f) in Isagog. Anat. cap. de Corde fol. G. 6. b. (g) de Affect. Cordis

Lib. 1. cap. 2. pag. 4. (h) Anthrop. L. cit.

CAPUT II.

de

COLORE CORDIS.

I.

Figuræ subjungit Hippocrates Colorem, quippe qui circa illius demonstrationem in oculos spestantium ultrò incurrit.

II. Verba optimi Senis, (a) hæc sunt: *Χροιὴν δὲ* (a) cap. i.
κατακορῆς Φοινικέα. *Calvus* sic vertit; *colore autem admodum rubro purpureo* sive *phœnico*. Cornarius; *colore autem abunde puniceo.* Fœsius convenit cum *Cornario*, nisi quod pro vocula *abunde* substituat vocem *admodum*. Ubi quidem quod ad adverbium *κατακορῆς* attinet, sive illud cum *Calvo* & *Fœsio* per *admodum*, sive cum *Cornario* per *abunde*, aut etiam cum *Lindeno* (b) per *saturate* explicetur, perinde erit. Cur (b) Med. verò *Hesychius* (c) adjективum *κατακορῆς* idem significare velit quod ὁ *χληρός*, divinent alii. (c) in Lib. 2. cap. 6. §. 72. pag.

III. Vox autem *Φοινικέα* quomodo explicanda sit, non adeò planum. *Phœniciam* latinè dici posse (c) in Lib. 13. *xico suo.* extra dubium quidem est, sed sic non solvitur dubium. Acutissimus *Cardanus*, dum (d) colorum potissimas differentias recenset, nullam phœniciei mentionem facit. Subtilissimus *Scaliger*, dum (e) longam seriem colorum nequit, de phœnico tamen adeò sequ. & parcus est, ut de eo non nisi sequentia (f) propo- de subtil. B3 sue-Lib. 4. p.

suerit verba: *Nigra igni addito Φοινικόσθαι.* Nos qui id unicè jam intendimus, ut colorem phœniceum vocabulo latino, ceu magis notiori, exprimamus, missis aliorum subtilitatibus, cum *Cornario & Foësio* phœniceum Græcorum colorem à Latinorum puniceo diversum non esse, asserimus. Rationem asserti sup-

(g) in Tr. de Lit. per- peditat nobis Clarissimus Jo. Ger. Vossius (g), dum co-
mut. sub lorem, qui nunc puniceus nominatur, Veteribus, & mutatur omissâ aspiratione, pœniceum dictum fuisse, unde in u. Et in mutato œ in u puniceum emergit, disertè monet.

Etymol. Neque tamen ideò censoriam illorum merebimur lingv. Lat. virgulam, qui ex Illustr. Salmasit Exercit. Plintianis (h) sub voce puniceum à phœniceo plane diversum esse ostend. Ea enim quæ Salmasius de diversâ origine pag. 389.

a. Ηγ Φοινικός, quod Latinis puniceum dedit, affert, (b) pag. resolvi possunt ex Galeno, utpote, qui, ubi coloris 1330. φœnicii mentionem facit (i), non tam à phœnice seu seq.

(i) Comm. palma colorem phœnicum, quam ab isto Ηὸν Φοίνικα 2. in progn. denominari censet. Certo nobis argumento, quod Hipp. aph.

39. Cl. 4. color Φοινικός, quo prædita est palma aut ejus

f. 201. fructus, non differat αὐτὸν Ηγ Φοινικός, quod La-
G.

(k) Noct. tinis puniceum dedit, quodve phœniceus Græcorum

Att. Lib. color idem sit qui Latinorum puniceus. Cui ista non

2. cap. 26. satisfaciunt, recordetur querelarum, quas Viri docti

pag. 102. apud Gellium (k) de incertis colorum appellationibus instituunt;

(i) γη δπὸ Ηγ Φοίνικος ὡνομάσθαι Ηὸν Φοινικόν, δλλ' δπὸ Ηγ Φοινικόν Ηὸν Φοίνικα.

instituant; cogitetur insuper, quod & hic locum habeat egregium illud Cardani (*l*) effatum: *velle nunc in (l) de substantia colorum confusione de illorum nominibus tractare juxta til. Lib. 4. antiquorum sententiam, res est & difficilima & immensi p. 3 14. negotii.*

IV. Sed, inquies, qualis tandem est ille color phœniceus seu puniceus? Suidas (*m*) Τὸ Φοινικὸν (*m*) sub voc. dicit esse ἔρυθρόν, ωυρόν, i. e. rubrum, rufum ^{ce φοινικόν.} T. 2. pag. seu rutilem. Hesychius (*n*) idem Φοινικὸν explicat per ^{1095.} (*n*) sub ωυρόν, κόκκινον, ἀμαλῶδες, i. e. rufum, eadem voce coccineum, sanguineum. Ubi eum per coccineum in- (o) telligere phœniceum exinde liquet, quia ipse (o) te- sub voce statur, quod ex coco phœniceus hauriatur color. Habet ^{κόκκο-} nimirum phœniceus color exuperantiam ruboris, ut ^{(p) Noct.} Att. l. cit. cum Frontone apud Gellium (*p*) Foësius (*q*) loqui amat, p. 104. & convenit cum colore sanguineo. Unde etiam (*q*) in Oe- Suidas (*r*) eundem tribuit sanguini, & corpus cruen- con. Hipp. tatum phœniceum reddi dicit. ^{sub voce} ^{Φοινικόν.}

V. Quæ cuncta cum ita se habeant, (ne aureum illud Galeni monitum, quod supra citatis verbis non multo post subjungit, & quo nominibus eatenus tantum studendum esse monet, quatenus conferunt ad illustrationem eorum, de quibus agimus, negligamus) ante memorata Cor nostri verba sic interpre- tamur, ut perinde sit, seu cordi tribuas colorem pu- niceum, seu saturatè rubeum, seu sanguineum. Ra- tionem hanc dat Lindenus (*s*): *Quia sanguinis concrescio* ^{T. 2. pag.} ^{1094.} ^{(s) L. cit.}

(o) ἐκ Ηγ κόκκος Τὸ Φοινικὸν βάπτεται
χρῶμα.

tio solidior, quam alibi, est in corde: heic etiam color, quam in aliis visceribus, est obscurior.

VI. Favet nobis & hic Galenus, qui Cor eodem colore quo hepar præditum esse expresse (*t*) docet; ita tamen, ut hepar rubicundius esse agnoscat. (ubi obiter cret. Hipp. & Pl. L. monemus, quod in Veneta Juntarum Editione latinâ 6. cap. 8. pro voce colore legatur calore, notabili errato typographico, ut è græco textu apparet.) Secutus est 266. C. eum Auctor Libri de Anat. vivorum (*u*), qui itidem (*u*) Spur. Cordi rubicundam tribuit carnem.

f. 45. D. VII. Notandum autem & hic, quod cuncta ista & f. 56. G. intelligenda imprimis sint, de Corde humano perfecto ac sano, & præsertim de ventriculo ejus sinistro, utpote quem, ceu dextro crassiorem ac carnosiorem, magis quoque rubeum esse, nemo facile negaverit.

CAPUT III.

de

MEMBRANIS COR VESTIENTIBUS.

I.

Membranarum seu ὑμένων nomine illas in corpore humano venire partes tenues, molles ac dilatabiles, quæ alia membra aliasque partes vestiunt, continent & tuentur, ipsis jam tonsoribus lippisque notum est.

(i) μελέχει μὲν γῆν ἡ καρδία τῷ τούτῳ χειρῶν
ματός, ἀλλ' — ἡ παρ — εστι τὸ σωλαγχνον — ερυθρόγλερον.

II. Hæ

II. Hæc ob tutamen, quod partibus, quibus concessæ sunt, præstant, etiam *Tunica* aut *χιλωνες* ab Auctoribus nominari solent; utpote à quibus duo ista vocabula, *Membrana* & *Tunica*, sæpe indifferenter sumuntur. Quod imprimis ab *Antiquoribus* factum esse, eosque *Tunicas*, *Membranas ac Meninges in part. Lib. eadem significatione usurpassæ*, testatur *Galenus* (a). Id-
que quam verissimè. (a) de usu
4. cap. 9.
cl. i. f.

III. Quod enim ad *Hippocratem* attinet, eum voculas *υμην*, *χιλων*, *μηνιγξ*, quibus & vocem *δέρμα* addimus, sine omni differentia adhibere, nemō, qui vel leviter Opera illius evolvit, negabit. Sic vesicæ membranam & *υμένα* nuncupat (b), & *χιλωνας* (c), & *δέρματα* (d). Sic oculorum membranas (e). (b) de na-
tura mul.
3. vers.
modo *χιλωνας* appellat (e), modo *δέρματα* (f). 3. Op. Sept.
5. p. 579.
Et pericardium, quod in libello nostro (g) *χιλωνας* (c) de nominat, alibi (h) *υμένα* vocat. Addent forsitan alii Carn. cap.
3. vers. 5.
& *μηνιγγα* (i), sed nobis non consentientibus, quandoquidem hæc vox membranam potius illam, 5. 3. p.
249.
quæ Cor proximè ambit, denotat, ut paulo post (k) (d) de nat.
mul. L. cit.
ostendetur. (e)

C

IV. de Carn.

cap. 18. vers. 8. 9. p. 253. (f) de Carn. cap. 18. vers. 3. 4. & 9. p. 253. Et de loc. in hom. cap. 1. vers. 1 3. S. 4. p. 408. (g) cap. 1. vers. 2. (h) de Off. nat. cap. 6. vers. 4 S. 3. pag. 274. (i) de Carn. cap. 6. vers. 1. S. 2 p. 250. (k) §. XIV.

(a) οἰγεταλαχιὸν, καὶ *χιλωνας*, καὶ *υμένας*, καὶ *μηνιγγας γε*, τερψὶς ἡγοὺς ἀπαντά τὰ τοιαῦτα καλόσιν.

IV. Aristoteli vocula ὑμῆνις adeò familiaris est, ut
 (l) de Hist. ubi ex professo de corporis membranis agit (l), nul-
 anim. Lib. là alià utatur voce. Liberior autem est illius Audi-
 3. cap. 13. tor pariter ac successor Theophrastus Eresius, qui dum
 14. & 15. de Plantarum Seminiibus agit, pelliculas ista vestien-
 Et de Part.

anim. Lib. tes modo ὑμένος (m), modo χιλῶνος nomine (n)
 13. c. 11. designat.

(m) de Hist. Plant. Lib. 1. cap. 18. pag. 10. lin. 42. & pag. 11. lin. 17. edit.
 Basil. (n) L. cit. c. 19. p. 11. lin. 45.

V. Galenus itidem hisce duobus vocabulis, ὑμένη
 (o) de anat. adm. lib. καὶ χιλῶν, adeò frequenter de eadem membranā
 7. cap. 2. utitur, ut fere superfluum putemus, exemplis id pro-
 (p) de tem bare. Addemus tamen unum & alterum. Sic v. g.
 peram. lib. 2. c. 3. (q) Cerebri membranas modo ad ὑμένας refert (o),
 de diff. modò ad χιλῶνας (p). Sic ὑμένες ei sunt, mem-
 morb. cap. branæ oculorum (q), cordis (r), hepatis (s), renū
 13. Et de (t) &c. quæ eædem membranæ oculorum (u), cor-
 comp. med. dis (x), hepatis (y), & renū (z) ei quoque sunt
 sec. loc. L. 4. cap. 7. χιλῶνες. Sic etiam eodem sâpe in loco ambas has
 & metb. denominationes uni tribuit membranæ. Exempla
 med. lib. sint; pericranium (a), periostium (b), membrana ar-
 2. c. 6. & introduct. teriæ asperæ (c), pericardium (d), plevra (e) & pe-
 cap. 15. (r) ritonæum (f). Imò quod majus est, postquam ut
 de anat. supra

adm. l. cit. (s) de loc. aff. Lib. 2. cap. 4. (t) L. cit. (u) de usu part. lib. 8. cap. 6.
 & de comp. med. sec. loc. lib. 4. cap. 1. & 4. & metb. med. lib. 1. cap. 6. (x) de
 nat. fac. lib. 3. cap. 15. (y) de usu part. lib. 5. cap. 11. & Comment. 6. in Aph.
 Hipp. aph. 5. (z) Comm. in aph. Hipp. l. cit. (a) de comp. med. sec. loc. lib. 4. c.
 2. (b) l. cit. (c) de comp. med. sec. loc. lib. 7. cap. 1. (d) de anat. adm. l. cit. (e)
 L. cit. (f) de anat. adm. lib. 6. cap. 7. Et lib. 7. c. 2. Et de usu part. lib. 4. cap. 9.

supra (g) retulimus, Antiquos has voces indifferenter (g) §. 11.
sumfisse (h) monuit, se quoque eos secuturum expressè (h) de usu
addit. Sed sufficient hi Græci. part. l. cit.

VI. Adjungimus istis *Plinium*, idque ex occasione
quam nobis dedit *Illiustr. Salmasius*, qui postquam apud (i) de re
Catonem (i), non spicas sed sticas ulpici & allii legen- rust. c. 70.
dum esse, ac per has sticas illas tunicas sive membranas, (k) Exerc.
quibus allium velatur in universum, tūm quibus separatim Plin. Part.
nuclei ejus vestiti sunt singuli, denotari egregiè pro mo- 2. p. 1062.
re suo (k) diduxit, hæc paulo post (l) subjungit ver- (l) L. cit.
ba: *Plinius tunicas in frumento appellat Lib. XVIII. In Ti-* col. 2. B.
ta tunicas & membranas. In alio membranas. Et vere
quidem, præsertim quod ad allium attinet. Nam & (m) Hist.
hoc in universum, & singulos istius nucleos separa- Nat. lib.
tim, tenuissimis velari membranis, expresse (m) do- 19. c. 6.
cet *Plinius*. Sic idem quoq; pelliculas frumentum te- Op. Tom.
gentes Tunicas quidem appellat, loco à *Salmasio* cita- 2. p. 566.
to (n). Eundem tamen *Plinium* etiam frumentis attri- (n) Lib.
buisse Membranas, vocesq; membrana & tunica sine 18. cap. 7.
differentia usurpasse, vel inde patet, quia & milium p. 427.
& panicum membranis contineri (o) afferit, quæ ta- (o) l. cit.
men duo frumentis æstivis (p) annumerat ipse. Quod p. 424.
verò ad tiliæ tunicas membranasve attinet, quando- (p) L. cit.
quidem textus Pliniani, ad quem collimat *Salmasius*, p. 422.
caliginem non discussit iste, placet dicti textus
verba hic referre, suntque istius tenoris (r): Inter (r) Hist.
corticem ac lignum tenues tunicas multiplice membrana, è Nat. lib.
quibus vincula tiliæ vocantur. Ubi quia Dalechampius pro 16. cap. 14.
tunicas legit tunicæ, nos Pliniu mentem ita exprimimus: p. 245.
Inter corticem ac lignum tunicæ è multiplici membranâ con-
flata reperiuntur, è quibus vincula conficiuntur, quæ &
ipsa

ipsa tiliæ aut tiliacea vocantur. Cui hæc nostra expli-
 (s) in Com. catio displicet, aut aliam sibi excogitet, aut si libue-
 Theophr. rit admittat sequentem, quæ est Jo. Bodæi à Stapel(s):
Hist. Plant. Inter corticem & lignum alia tenues sunt interiores corti-
lib. 3. cap. ces, & veluti membranæ, à quibus aliarum quoq; arborum
 10, p. 181, *cortices tiliæ quoq; vocantur.*

b.

(t) in Ep. VII. Sicut autem ex haec enus dictis abunde satis
 Dionis de constat, membranam & tunicam s̄pē indifferenter
 Othonis p. sumi ab Auctoribus vetustioribus, ita idem quoq; à
 202. A. recentioribus fieri facile demonstrari posset, nisi ve-
 reremur, ne quis nobis occinat illud M. Salvii Othonis
 apud Xiphilinum (t): Τί γὰρ ἐδει μακροῖς αὐλοῖς
 (u) detem. αὐλαῖν.

peram. lib. IX. Verūm enim verō reperti tamen etiam
 2. cap. 2. semper sunt alii, qui inter membranam & tunicam
 Op Cl. 1. quandam agnoverunt differentiam. Idque etiam
 f. 16. A. ne invito quidem Galeno, quippe qui ipse, enumeran-
 & de usu part. Lib. do partium genesin, membranas à tunicis expressè
 15. cap. 1. distinguit (u). Et sanè non sine ratione. Quia enim
 Cl. 1. f. res diversæ sunt, diversa nomina licet imponere, inquit in-
 214. H. comparabilis Casp. Hoffmannus in suis Post-curis (x), qua-
 (x) Lib. rum apographum, ex ipso autographo exscriptum,
 1. cap. 32. inter rariora nostra MSta reservamus.

IX. Hæc igitur mens est Galeni, quod licet tuni-
 cæ & membranæ ratione substantiæ inter se non dif-
 ferant, tamen una atque eadē hujusmodi pars, pro di-
 verso respeclu, modò membrana, modò tunica sit
 (y) de nat. nominanda (y), membrana quidem ab essentiâ, tunica ve-

adm. Lib. 7. cap. 2. (y) ὑμὴν μὲν Δότῳ Πῆς γοτίας, χιλὼν δ' Δότῳ
 cl. 1. f. (y) ὑμὴν μὲν Δότῳ Πῆς γοτίας, χιλὼν δ' Δότῳ
 94. B. D. τῆς χρειάς.

ro ab usu. Unde etiam membranas quasvis non ad- (z) de
modum propriè tunicas nominari (z) contendit, *anat. adm.*
quandoquidem *tunicae vocabulo operimentum seu indu-* Lib. 6. c.
mentum saltem *tegumentumq; significatur.* 7. f. 92.

X. Conferantur ea, quæ proponit laudatus Hoff- C. & Lib.
mannus, qui (a) Οὐμένας Membranas illa dicit corpora f. 94. C.
tenuta, qualis est aranearum tela, mollia, densa tamen, exan- (a) Inst.
guia & frigida, quæ ferè exterius partes ambiunt & invol- Med. Lib.
vunt: at Χιλῶνας Tunicas corpora & ipsa, sed priori- 2. cap. 12.
bus multo crassiora, & præterea carne manifestè farta, quæ- S. I. pag.
que non ambiunt partes alias, sed ipsa partes constituunt. 52.
Quam suam doctrinam in Post-curis (b) ita contraxit: (b) L. cit.
Οὐμένας voco corpora illa tenuia, quæ partes omnes, pre-
cipue viscera, tam sanguinea, quam exsanguia, extus obvol-
vunt: Χιλῶνας, viscera exsanguia sola; quo vena quoq;
pertinent & arteria.

XI. Cæterùm cū denud liqueat, membranas & tuni-
cas ab Auctoriibus modò confundi modò distingui;
(confundi nimirū, dū in latā suā significatione spectatæ,
unum idemque denotant; distingui autē, dū strictè atq;
propriè consideratæ, res diversas indicant;) nos,
missis aliorum opinionibus, illis accedimus, qui, non
tam qua substantiam, quam qua usum inter mem-
branas & tunicas quandam agnoscunt differentiam.
Notanter dicimus; non tam qua Substantiam. Sic enim
saltem differunt tanquam magis & minus crassæ &
duræ, ita ut alia membrana crassior sit alia tenuior,

C 3 &

(z) ἀμφίεσμα γὰρ οὐ τετίβλημα σηλάγται
τεχνὲς τοῦ χιλῶνος ὄνόματος.

& rursum alia durior alia mollior. Et sic, si qua substantiam distinctio esset instituenda, tunicæ fœtum involventes meliori jure membranis essent annumerandæ, quam peritonæum, omentum, sclerotica oculorum &c. cum illæ longè sint tenuiores istis. Notanter etiam subjungimus; *quam qua usum.* Sic enim strictè & propriè sumtæ Membranæ commodè distinguuntur, in Membranas in specie sic dictas & Tunicas. Quam distinctionem quia & nos *in Synopsi*

(c) Part. *Physicâ antiquo-nova* (c) observavimus, adeat eam qui Spec. Sect. volet. Nos pergimus, & tandem his ita præmissis, de 12. cap. 3. Membr. 2. Membranis Cor vestientibus quædam subnectimus.

Art. 12. p. XII. Duas nimirum esse membranas, quæ Cor 233. seqv. ambiunt atq; defendunt, est sane quam apertum. Harum altera immediate & adeò tenaciter Cordis investit carnem, ut difficulter ab eà separari possit: altera Cor laxè saltem cingit, &, si omnia naturaliter se habeant, *tantum à Corde distat, quantum satis est pro mo-*

(d) Anat. in cordis, & humore qui in eâ continetur, ut loquitur (d) Barth. lib. Magnus noster Docttor Thomas Bartholinus. Illa pro-

2. c. 5. p. 349. priè loquendo membrana est, non tunica; hæc tunica, non membrana. Illa peculiarem non obtinuit denominationem; huic pericardii imposuerunt nomen. De illâ pauca adhuc subjungemus; hujus verò ac humoris in eâ contenti examini peculiarem, quæ hanc sequetur, Exercitationem tribuere constituimus.

XIII. Quod autem ad illam attinet, quandoquidem speciale nomen nondum acquisivit, *Innominatam* vocabimus. Posset forsitan etiam *prima cordis membrana* vocari. Sic enim & Anatomici membranas medullæ spinalis, quibus peculiaria non sicut imposita nomina,

mina, numeris distinguere consueverunt. Aut si man-
vis, illam vocato *interiorēm*, & pericardium exterio-
rem Cordis membranam. Hac namq; ratione &
Prosectorēs membranas rerum distinguunt. Nos ve-
rō de nomine non amplius solliciti, quæ tandem in
Libello nostro de velamento hocce mens sit Hippo-
cratis, unicè inquiremus.

XIV. Ubi sanè candidè fatemur, nos quidem in
eodem Libello innominatæ istius membranæ nulla
reperire vestigia. Licet enim vocula *ύμην* ibidem
(e) aliquoties legatur, non tamen memoratam mem- (e) cap. 7.
branam, sed valvulas denotat, in ventriculis cordis v. 3. bis. 6.
latentes. Ut ita nullam ejus mentionem in dicto Li- cap. 8. v. 1.
bro fecisse Hippocratem asserere audeamus. Neq; 6 c. 9. v.
tamen eam Optimo Seni plane incognitam fuisse 2. 3. 6 4.
censendum est. Si quis enim conjecturæ supereft lo-
cus, certè in *Libro de Carnibus* innominatæ hujus mem-
branæ mentionem fieri, haud vanè conjicimus. Lo-
cus hic est (f): *Cor multum glutinosi & frigidū obtinet,* (f) cap. 6.
quod à calido calcactum, caro dura & viscidā evasit, v. 1. Op.
ipsumq; membrana involutum est. Loquitur scil. in Sect. 3. p.
verbis allegatis de cordis genesi, unde dum illud è 250.
materiā viscidā ac frigidā, à calore liquefactā, for-
mari docet, vel ideo membranam ei circumtensam
esse indicat, ne à calore denuò liquefactum diffue-
ret. Quod sane officium cordi pericardium mini-
mè præstat.

XV.
(f) ἡ ᾧ καρδίη πγλύτη κολλώδεος καὶ τῇ ψυ-
χεῖται. καὶ ὑπὸ τῆς θερμῆς θερμανόμενον, πρέσας
ἐγένετο σκληρὴν καὶ γλίχεον. καὶ μήνιγξ περ
αὐτήν.

XV. Hanc igitur innominatam membranam
 $\mu\eta\nu\gamma\gamma\alpha$ vocat *Cous*, quia instar piæ Cerebri ma-
tris tenuis est seu subtilis, sed simul spissa. Et de ista
(g) de Hist. intelligendus etiam est *Aristoteles*, inquiens (g): *Cor*
Anim. lib. opertum est membranae involucro pingui & corpulento. Quæ
I. c. 17. Scaliger (h) sic protulit: *Habet cor membranam pingue*
(h) in Com. crassam. Huic enim membranæ adnascitur adeps,
in Arist. idque ut plurimum circa cordis saltem basin. Et
Hist. de hic insuper pro voce *crassam* rectius substituitur *spis-*
Anim. lib.
I. cap. 20. *sam.* Sic enim non tantum voulæ $\pi\alpha\chi\upsilon$ nulla vis
text. 190. infertur, quippe quæ & crassum denotat & spissum
pag. 133. seu densum; sed etiam contradic̄tio, è tenuitate
istius membranæ emergens, tollitur. Licet enim
omne quod tenuenon est, recte dicatur esse crassum;
non tamen omne quod tenue non est, recte dicitur
spissum; non enim omne, sed saltem quoddam,
quod tenue est, potest simul esse spissum. Sic spon-
gia tenuis non est, neque tamen etiam spissa, sed
potius rara. Sic charta augusta seu epistolaris te-
nuius est, & tamen etiam spissa. Sic ergo & *Phi-*
losophus membranam Cordis innominatam, quæ te-
nuius est, recte dicit esse spissam, non verò crassam.

XVI. Utrum autem *Galenus* istius membranæ ali-
quam fecerit mentionem, non ita determinare audē-
(i) de Anat. mus. Numerat quidem (i) inter membranas, quæ ex-
adm Lib. 7. acte sunt tales, etiam $\text{Ἵης καρδίας ἀμφίσμα}$.
cap. 2. Cl.
I. f. 94. c. Sed quia ei & tunicae ἀμφίσματα sunt, ut ex lo-
(k) §. 9. co illius supra (k) citato liquet, quodnam *cordis invo-*
pag. 21. *lucrum* ibi intelligat, curiosus divinet Lector.

(g) ἡ καρδία ἔχει δ' ὑμένα πικελώδη καὶ
παχύν.

COROLLARIA
RESPONDENTIS.

- I. Solum Cor est sanguificationis verum Organum.
- II. Non omne quod quantum est, divisibile est naturaliter,
- III. Color realis etiam ablato Lumine est actu Color.
- IV. Bruta non sunt ratione praedita.
- V. Urachus in foetu humano non est pervius.

A teneris, patrios inter, ZÖLLERE, Penates,
Unguiculis notum Te meus arsit amor.
Jam Tua tum placuit pietas, placuere politi
Mores ingenii dexteritasque Tui.
Nunc majora novo surgunt mihi gaudia plausu,
Pulpita dum fausto sidere docta teris.
Perge bonis avibus, lētos solertia fructus
Sollicitusque dabit præmia digna Labor.

Ita Laudatissimis, Politissimi DN. Respondentis, Auditoris atq; Con-
victoris sui seduli ac modesti, in Philosophia & Medicina progres-
sibus, animitus gratulatur.

P R A E S.

Miranda terra que bifida tegit
Moles, in antris didita scrupulis,
Lustrare pulchrum est, & recessus
Omnigenæ penetrare matris.
At ampliori dignus adorâ,
Qui dædalum gestit propriæ domus
Novisse compagem, intimamq;
Corporis addidicisse fermam.

Id Tu secundis auspiciis facis,
ZÖLLERE, blandus quem Charitum lepor
Commendat & suavis sororum
Castalidum decorat venustas.
Pro CORDE, vero & principe sanguinis
Auctore, pugnat. Opto Favonios
Dextros, & obtento tropæo
Frondis Apollineæ decorem!

Politissimo Dn. Respondenti Amico integer-
rimo gratulab.

JOH. CHRISTOPH. ROSTEUSCHERUS.
Gedanensis.

PUniceum *Cordis* duplii sub veste Colorem,
Corq; ipsum mediā cui regione Thronus,
Optima grandævi relegens vestigia Coi,
ZÖLLERE, egregiā dexteritate probas.
Discere Phœbæas sic pergas sedulus artes;
Ipse tibi Phœbus præmia digna dabit.

*Amicissimo Dn Contubernali festinantisimo
calamo deproperabat,*

JOHANNES JACOBUS WEBERSKY,
Gedanensis.

Wie Jason seinen Mut in keiner Schlacht verlieret/
Und sparet keinen Fleiß / wenn Er an Colchos Strand
Mit Drachen fechten muß / bis Er in Griechen Land
Mit seinen Helden hat das guldne Fell geführet:
So hat der Eugend Glanz auch Dich, Mein Freund/geführt/
Nur Sie ist deine Lust / Sie leitet dinen Sinn /
Der nimmer ruhen kan / bis zu den Sternen hin /
Wo Weisheit und Verstand gelehrte Männer pieret.
Wie wenn die Wellen sonst ans Ufer häufig schlag'n
Und sich einander selbst mit schneller Hize jag'n
In ungezählter Zahl. Fahr also fort im rennen/
Es schencket Phœbus dehm' / der bei Ihm bleiben will/
Der seinen Berg ersteig't / und kommt an das Ziel/
Ein Lob / das ewig wird die späte Nachwelt kennen.
Dieses wehnige hat dem Herren Antwortenden zu Ehren
außsetzen so wollen als sollen
ERIESE WEBERNS/
Dankiger.

An den Hn. Respondenten,
Seinen wertgehaltenen Herzens-Freund.

Man mercket es / wie Er in allen Sachen /
Umb die Er sich bemüht /
Auff den gelehrten Nahmen sieht.
Denn/ weil Er sich voraus berühmt will machen
So opfert Er die Zeit / und seinen Lebens Lauf
Absonderlich den hohen Künsten auff:

Jst

Göt macht Er uns aussführlich Fand /
Er hab' ein rechtes Herz zum Studieren /
Und ob man Ihm auch scharff versezt /
Sey Herz und Muth doch unverlegt.
Drumb wird Er noch beherzter seyn /
Und sich vor keinem Gegner scheun /
So sagt gewisslich dieser treue Mund :
Apollo werd Ihn bald mit grünen Lorber zehren.

f.

E A S P A R P E O C R E /
von Grossen aus Schlesien.

Sunt, qui Virtutis callem calcare recusant,
Et Sophiæ dubitant, num gradiantur, iter.
Cum Scopulis etenim ducens huc semita multis
Plena sit, hinc paucis hæc via dura placet,
Hos autem meritò rellictos despicis omnes,
ZOELLERE, Aonii pars adamata chori.
Te pulchro ingressum sophiæ conamine campum,
Ulterius cursum hunc continuare juvat,
Nec retinere tuos isto de tramite gressus
Dilecti pateris tristia Fata Patris.
Nuper enīa monstrans Morum quod grata Venustas
In primis Iuvenem condecorare queat;
Nunc quoque, Pæoniam qui solers excolis Artem,
Ex Medicis, quæ de CORDE tenenda, doces.
Perge viæ constans, quæ cœpta, insistere : Lauru
Cœptum Pieriā Meta coronat opus.

Ita Praestantis: Dn. Respondent: Amico
honoratis: appl.

CONSTANTINUS BEREND, Gedam.

E R A S M U S:

Eruditio & Virtus tutissimæ sunt Divitiae, quæ nec eripi possunt,
nec gravant circumferentem.

Felix, eximiâ qui vivit præditus Arte,
Cui per Apollineos Musa dat ire Chorus:
Quem Virtus extollit, habet quod preferat Auro,
Hæc etenim cunctis antiferenda bonis.
Sapius eris eget censu jam dives opino,
Irus & est subito, qui modò Cræsus erat:

Ditescens

Ditescens variis Curarum fluctuat undis,
E Curis Curas cernit abire novas:
Aufert effraetâ nummos Fur callidus Arcâ;
Eripit aut dextrâ Latro furente vagus;
Accidit, ut spargat funesti semina Martis
Hostis, & excidiis mœnia tuta petat;
Vel per summa furens laquearia seviat ignis;
Agmina vel subitæ præcipit entur Aque.
Casibus his cunctis premitur formidine mentem
Dives. Opes igitur mille pericla manent.
Talia non metuunt Sophiæ septemplicis Artes,
(Quamvis Musis hæc male secta velint!)

Talia nec metuit Divini pectoris Altrix,
Virtus, obscuro nescia stare loco.
Hæ sunt Divitiae, quas nec tibi callidus aufert
Effractor, quas Mors nec truculenta rapit:
Hæ sunt, quæ pascunt Animos, non Corpora multo
Pondere debilitant, quod facere Æra solent:
Hæ tecum vivunt, bæ te comitantar ad Limbras.
Hæ reservabis Mortis iturus iter.
TE quoq; Pars Nostræ non interitura Medullæ,
Ingenuas Artes excoluisse juvat;
Egregiam Musis Virtutem jungis amicis,
Et sic è gemino Munere clarus eris.
Ita bonus Avibus: Medicæ sint fausta Cathedræ
Ausa, Tibiq; dehinc commoda multa vobant!
Ita Præstantiss. DN. RESPONDENTI, Conterraneo singulariter
dilecto, Amico infucato, alterâ jam vice publicam
Scandenti Cathedram applaudere debuit
SAMUEL SCHENWALD / Thorun.

S A C H A R I A S C O E L L E R, T.

Anagramma.

ALACER COLIS ARTES.

Ingenium ingenuas ALACER, Philomuse, per ARTES
Tu COLIS: Id nobis hæc tua coepita probant.
Perge celer, Zæller, studiis dare tempora perge!

Sic tandem lauru tempora cincta feres.

Paucissimus huic Præstantissimo Dr. Resp. Amico estimatissimo gratul.
HENRICUS FINKENO. Curland.